

B. 378.

IV.

DE BIBLIOTHECIS ET MVSEIS
ERFORDIENSIBVS.

PRÆCIPVE

DE REV. MINISTERII AVG. CONF.
BIBLIOTHECA,

PARTICVL A I.

QVA

AD EXAMEN AVTVMNALE

D. VI. VII. et VIII. OCTOBRIS MDCCC.

IN GYMNASIO SENATORIO HABENDVM

INVITAT

ET

SYMBOLAS IN BIBLIOTHECAM

ET MVSEVM GYMNASII

PER SEMESTRE PRAETERITVM OCTAVVM A BENE-
VOLENTIBVS COLLATAS RECENSET

GYMNASII DIRECTOR

M. IO. IOACH. BELLERMANN,

THEOL. P. P. O., PHIL. P. P. E., ACAD. EL. MOG. SCIENT. VTL. SOCIVS
ET AB EPISTOLIS, SOCIETAT. LATINAIE IENENS., OECON. LIPSIENS.,
MINERAL. IENENS., PATRIOT. WESTPHAL. ET NAT. CVRIOSOR.
BROCKHVS A WESTPHAL. SODALIS

ERFORDIAE,

LITERIS IO. CHRISTOPH. GOERLING, ACAD. TYPOGR.



In cimeliorum Erfordiensium recensione jam ad Bibliothecam rev. Ministerii Aug. Conf. progressurus, hic, sicut in programmatibus praecedentibus, in quibus notitiam et Bibliothecae Musaeique naturae curiosorum, et Thesauri rerum naturalium arteque confectarum in Orphanotropheo servati magis familiarem reddere studui, *primo* statum hujus gazophylacei praesentem exponam, *deinde* ejusdem historiam narrabo; et, quanquam in tribus illis scriptionibus, ut omnibus utilis esse possem, idiomate patrio vterer, attamen nunc, propter singularem rerum describendarum indolem, latinam linguam preeferam.

Quia vero hujus Bibliothecae Codices manuscripti orientales, hebraici, chaldaici, rabbinici et arabico-turcicus non solum rarissimis rebus merito adnumerantur, sed etiam, si a quatuor Bibliorum codicibus hebraicis discesseris, nullibi hucusque indicati, enarrati et descripti deprehenduntur, ab his, omnibus ambagibus missis, statim exordiar.

Sedecim volumina manuscripta orientalia Bibliotheca rev. Ministerii sistit, nimirum I – V quatuor Bibliorum codices hebraicos, quorum primus duo volumina complectitur; VI – IX quatuor codices Pentateuchi rotulos; X codicem Masorae; XI codicem Mischnae; XII codicem Machsor seu Kolbo; XIII et XIV duos codices operum Rabbi Salomonis Iarchi, vulgo Rashi dicti; XV volumen plurium Casuisticorum rabbinicorum et XVI codicem arabico-turcicum.

De

De praestantissimorum horum codicum unoquoque pauca dicturus praecipue ad ea, quae cujusque codicis rationem, naturam, conditionem et aetatem indicare mihi videntur, respiciam.

Codicis primi Volumen I et II.

Codex manuscriptus membranaceus, in folio maximo, quae forma regia dicitur; qualibet membrana, seu quolibet folio longitudinem duorum pedum rhenanorum, et latitudinem $1\frac{1}{2}$ ped. rhen. superante; duobus tomis, quorum primus DLXXXI folia, et secundus DXXXXII continet; plurimis paginis in tres columnas, paucis in duas (praesertim in canticis) diuisis, vnica tantummodo sub librorum finem pagina in columnas non distributa; qualibet columna triginta lineis scripta; charactere quadrato, nitidissime et elegantissime exarato.

Duo hi tomii complectuntur 1) textum Bibliorum hebraicum cum vocalibus; 2) Thargum, seu chaldaicam paraphrasin intertextualem, alternantibus versibus; 3) Masoram utramque, minorem et majorem, hanc superne infraque, illam a latere; 4) Variantes lectiones et notas criticas, tam separatas, quam Masorae immixtas. Codex est fere omnimode integer, plenus et absolutus, nam desunt tantummodo duo folia, 1 Paral. 2, 3 – 30 a voce יְהִי ad וַיָּמֹת, et Ies. 2, 21 – 3, 24 a ad בְּסֻפֵּר פְּתִיכְגִּיל. Vocales cum accentibus, Masora et reliquae notae a recentioribus manibus sunt adjectae. Hebraici et chaldaici textus atramentum praeparatum est, vt videtur, ex fuligine, punctorum et notarum e gallis.

Punctator, נָגָדֶן, se distinxit expressis verbis a Scriba, רְפֹאָם, ab utroque differt criticus quidam Censor מְנַקֵּד.

Scribae nomen in inferiore parte utriusque paginæ et librum
Nehemiae finientis et libros Paralipomenon incipientis extat:

ברוך ברבי זורה הסופר

i. e. Baruch, filius Rabbi Serach, scriba; et quidem ita, vt bina verba in altera pagina, et bina verba in altera iuxta scripta sint. Nominis literæ sunt unciales permagnæ, e biblicis dictis, precibus et Masora artificiose contextæ. Multis aliis locis, e. g. Gen. 24, 31. Exod. 17, 10. Num. 22, 12. Deut. 7, 14. Ierem. 32, 12. 36, 26. in quibus vt hic 1 Par. 1, 44. nomen Baruch seu Serach, seu vtrumque occurrit, scriptoris nomen vario ornatum florum, animalium etc. rabinico, semel, Num. 22, 12 in pectori leonis adpicti verbis expressis (i. e. (Baruch) filius Rabbi Serach, Hallablar, i. e. libellarius s. scriba) indicatum est. De anno, quo vixit et quo hunc Codicem exaravit, nullibi quid inueni; multo aliter de iuniore Punctatore.

Punctator, qui codicem vocalibus et Masora instruxit,
שִׁמְשׁוֹן מֵנְמִינָן, Simson Menminon, laborem suum absoluit anno
103 computationis minoris iudaicae, i. e. anno Christi 1343; adduntur nimirum et 5000 anni aerae majoris, seu a creatione
orbis, et 240 anni differentiae computationis christianaæ, ita vt
5343 habeas, subtractis 4000 annis ab orbe condito ad Christum
natum restat 1343. Punctatorem primo tantum vocales accentusque et Masoram paruam adposuisse, deinde vero etiam Ma-
soram magnam adjecisse auctor ipse testatur, et duplum hunc
laborem diverso tempore absoluisse ipse profitetur. Sed Sim-
son Menminon de se quoque opere ipse loquatur, qui in fine to-
tius operis amplum commentarium rhythmice adposuit, quem
et verbotenus et iisdem lineis hic describere iuuabit. Puncta-
toris

toris quatuor clausulas eo libentius hic adnexi et adiectandas
iudicari, cum ex illis tam genius seculi singularis, quam numerus
103 quadruplici modo expressus adpareant, nec non multa
alia e. g. de possessore codicis etc. discantur.

ברוך נתן ליעף נח וגבורה : סימתי את הכהרא :
מניקור וממסורה הקטנה : בראש דרש טש' לשנה :
אשר לו נח וגדרה : יוננו לסייע מסורה הגולה :

Id est: "Benedictus (Baruch nomen magni ominis, ut et
„scriptoris quid dat fesso vires et robur! Absoluti hunc librum
„exornare punctis et Masora parua, initio mensis sexti huius
„anni. Et idem, cui est robur et maiestas, dignetur me, ut
„etiam absoluam Masoram magnam." Similes sex versuum
exitus intercalatis punctis indicaui.

Masora dein magna finita, in eadem pagina spatio exiguo:
interiecto Punctator sic pergit:

אהל לאל ישע : צורי מגני ומושיעי :
וְוָס וְלִיל אַטְבָּח : לְנֹתֵן לִיעָפֶר נָח :
וְלִי וְהִירְאָמָן : וּבְרִי אֹוֵב יָמִין :
בְּכָל אֲשֶׁר אַפְנָה : לְחַפְלָתִי יָעַנְתָּ :
וְיַמְלָא מְשָׁאֵל לְבִי : לְטוּבָה וַיְשֻׁמַּע נִכְבָּה :
וַיְחִוס עַל עַמוֹּ : וַיְבָרְכֵס בְּשָׁלוֹמוֹ :
אָא אָא אָא

Id est verbotenus: „Laudabo Deum salutis meae, petram
„meam, clypeum meum (= מגני) = $40 + 3 + 10 + 10 = 103$) et
„saluatorem meum. Dies noctesque celebrabo eum, qui dat

„fesso robur et qui erit mihi clypeus. In manum meam hostem
 „tradet $10 + 40 + 3 + 50 = 103$). Quocunque me
 „vertam, preces meas audiet. Adimplet petitum cordis mei in
 „bonum, et audit orationem meam. Parcit populo suo et be-
 „nedicit illis in pace sua. Amen, amen, amen! Selah!“ Ryth-
 mos duodecim seu homoeoteleuta lineolis seu potius punctis
 significavit auctor.

Ab utroque huius epilogi latere versus rythmici leguntur
 sequentes. In latere dextro:

בעור רחום וחניון : שמשיון מינמיון : ס"ס זהה המקראי :
 בנקוד ובמסורה : אפ' ט' אין כי תבונה : הזרכת' לאמר
 חננו נא : כי באפס חנס ונבר : ממןין איש בלבד דבר
 וכל איש אשר יקראי בספר : להנות אמריו ספר : דברי
 אמרת ישם לבי : ולא יחש או יזכיר בו : והשגנות
 יט'ב : כי ברוך הטוב מטיב : והווננות לא ימחול לו :
 או על השגנות בפלוני : לנוקוי מהש ואדם : כאמור
 מפי שר ואוזם : שננות מי יבין ומנסתרות נקני : כן יהיה
 רצון פנוי ה' ארני /

Id est: "Auxiliante Deo misericorde et benigno, *Simson Men-*
minon absoluit hunc codicem cum punctis atque Masora. Quan-
 „quam nulla in me sit scientia necesse tamen habeo edicere: Ecce
 „me quaeso! Nam si deest vir doctus et selectus (eruditus), sub-
 „stituant virum haud eruditum. Quisquis autem leget in hoc
 „codice ad meditandum haec dicta pulchra, is verba haec vera
 „reponat in cor suum, neque nimis festinans nec nimis scripu-
 „lostus ea legat; lapsibus scriptoriis ignoscat, Deus enim bene-
 „dictus optimus etiam ignoscit. Vitia autem proaeretica (lector).

non

, non condonet, praeter mendas scriptorias, quae forte mihi acciderunt. (Idque ideo dixi) ut innocens sim coram Deo et hominibus. "Quemadmodum dictum est ex ore Principis et Rubicundi (i. e. Davidis, Psalm. 19, 13. coll. 1 Sam. 16, 12):,, „Quis scit omnia errata? Ab occultis absolve me.““! Ita faxit Deus Dominus! (seu verbotenus: ita sit voluntas coram facie Dei Domini!,,, Linea octava lege שגננות pro שגננות, et linea octaua et nona וְנִנְשָׁתְּנִי est pro וְנִנְשָׁתְּנִי. Si lector curiosus has nouem lineas, quas codex manuscriptus offert, rhythmice vult describere, viginti homoeoteleuta inveniet.

Quia telam modo perparuam texere mihi hic licet, filum abrumpo, quod prima occasione annexam.

Paucis verbis erarium in Bibliothecam et Museum Gymnasii nostri per praeteritum semestre a Benevolentibus collatum ex more nominaturus, omnibus beneficis Fautoribus gratias ago hebeoque maximas.

Herr Wilh. Schorch Kaufmann in Hamburg: einen amerikanischen silbernen Dollar, mit d. Aufschr. United states of America, Liberty, 1799. One dollar or hundred eunds; eine Silberstufe vom Himmelsfürsten bei Freiberg. — Hr. D. Heinr. Schorch alhier: Gesners Schriften, 5 Theile, roh. — Hr. Past. Lossius in Schwerborn, sechzehn Münzen und Schaustücke als 3 kl. silberne, 3 zinnerne und 10 kupferne; unter letztern ist Baltazar Becker, Joh. Pet. v. Ludwig, etc. — Ein Ungerannter, für die Seminaristen, Weisenbrück's oekonom. Handb. — Hr. Obermarktherr und Kornmeister Strahl alh. das Original-Petschaft Conrad Hortermanns, Erfurtischen Rathsmasters, der 1307 den vertriebenen Landgrafen von Thüringen Albert in Erfurtischen Schutz nahm. Von Silber mit einem beweglichen Griffe. — Gymnas. Reinhard: ein indian. dürres grosses Blatt. — Gym. Schär: eine kupf. engl. Schaumünze: Success to the bayze trade, 1794. — Hr. Oberkämmerer D. Spitz (zweit. Beitr.) ein grosses Per-

Perspektiv mit sieben Auszügen; drei Stück eiserne Pfeilspitzen, die bei Mühlberg gefunden worden sind; zehn Stück diverse Tondorfer Kiesel und Reichen's Land- und Gartenschatz 6 Theile in 2 Bänd. — Hr. D. I. I. Bernhardi: dessen systemat. Verzeichniß der Pflanzen, welche in der Gegend um Erfurt gefunden worden. Erster Theil 1800. 8. — Von den neuen ansehnlichen Beiträgen des Hrn. Justizrats D. Büchner, welche jetzt aus Norwegen unterweges sind, w. G. im nächsten Programm.

Iam denique sequar consilium, cujus causa haec praemissa sunt, indicabo declamationes a tribus optimae spei juuenibus exercitii causa elaboratas et in examine publice habendas. Primo examinis die verba faciet

JO. GEORG. SCHÄER, Erfordiensis, *De confiendae pacis apud veteres Romanos ritibus, qui ob instantem pacem in memoriam revocentur, maxime dignis, latine.*

Tertio examinis die declamabunt:

CASP. FRID. TROMMSDORFF, Erfordiensis, *De ostracismi Atheniensium instituto et ratione, latine.*

CHRISTIAN ERDMANN, Molsdorfiq.-Gothanus., *Von der Unbeständigkeit des Fleisses mancher Lünglinge in den Bildungsaustalten, germanice.*

Cum hi tres adolescentes moribus probatissimis et profectibus laudandis sint conspicui, ex Vobis, Viri Magnifici, Patroni amplissimi, et omnes studiosae juventutis Fautores, enixe peto, vt illos praeSENTIA Vestra subletvetis Gymnasiumque Vestra corona splendidissima condecoreritis. Erfordiae, d. IV. Oct. MDCCC.

Aa 555

40



VD18

ULB Halle
005 126 69X

3



M.C.





A vertical ruler scale from 1 to 19 inches. The top part is labeled "inches" and the bottom part is labeled "Centimetres". Each inch is divided into 16 smaller segments, with the first segment being longer than the others.

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/C8/8 Black

IV
DE BIBLIOTHE
ERFORDI

PRAEC
DE REV. MINIST.
BIBLIOT
PARTIC

AD EXAMEN

D. VI. VII. et VIII.

IN GYMNASIO SENA

INVIT

SYMBOLS IN

ET MVSEVM

PER SEMESTRE PRAETERI
VOLENTIBVS COLL

GYMNASII I

M. IO. IOACH. B.

THEOL. P. P. O., PHIL. P. P. E., ACA-
ET AB EPISTOLIS, SOCIETAT. LATI-
MINERAL. IENENS., PATRIOT. W.
BROCKHUS - WEST

ERFOR
LITERIS IO. CHRISTOPH.